



F. 2. num. 9.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE

**PRO-DOMINO FEY
DI DIRECTO,**

Quam

DEO T. O. M. ADVENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDENBURGICO,
ET DVCATVS MAGDEBURGICI GVBERNATORE,

CETERA,

IN ACADEMIA FRIDERICIANA,
PRAESIDE

DN. IO. SAMVELE STRYKIO, IC.

SERENISS. VIDVAE SAXO-ISEN. CONSIL. AVL. PROF.
IVR. PVBL. ET ORD. ICT. h. t.
PRO-DECANO,

PATRONO SVO OMNI HONORIS CVLTV VENERANDO,
PRO LICENTIA

Summos in vtroque Iure honores & Priuilegia DOCTORALIA
rite capeffendi,

IN AVDITORIO MAIORI

D. xxv. April. A. R. S. MDCCXI.

Horis ante- & pomeridianis

Placido Eruditorum examini submittit

GEBH. CHRISTIAN BASTINELLER, Hal.
Ill. Regim. Magdeb. Aduocat.



Halæ Magd. Typis Joh. Gruneri Acad. Typogr.

DESSERTATIO

PRO DOMINICO
DIRECTO

DE WILHELMO WILHELMO

DE WILHELMO WILHELMO

PRO DOMINICO

WILHELMO
WILHELMO
WILHELMO

GEN. CHRISTIAN BASTMEYER, H. I.



DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
PRO-DOMINO FEUDI DI-
RECTO.

CAP. I.
DE CONSTITUTIONE PRODOMINI.

S U M M A.

Dominium in rebus feudalibus inter Dominum directum & vti-
lem est divisum, §. I. Dominium directum exercet aliquando
ProDominus, cuius vocabuli derivatio traditur, §. II. Pro-Domi-
ni descriptio, eiusque differentia a Procuratore, §. III. No-
men Praepositi eines Lehns/Probsts apud nonnullos DD. idem est,
ac Procurator. Apud alios Praepositus ipsum Dominum directum
denotat, §. IV. ProDominus interdum quoque vocatur Senior,
Natumaior, in vernacula, der Aelteste des Hauses und
Stammes! &c. §. V. Fundamentum constitutionis Pro Domi-
ni ex iure Longobardico, §. VI. ex iure feudali Saxonico §.
VII. Verba textus Saxonici paululum obscura enodantur, §. VIII.
Fundamentum constitutionis ProDomini ex iure feudali Aleman-
nico, §. IX. Superadditur argumentum ex iure Civili, §. X.
Adducuntur DD., qui ProDomini constitutionem improbasse vi-
dentur, dum, pluribus vnus feudi Dominis existentibus, statue-
runt: ab omnibus inuestituram petendam, omnibusque a vasal-
lo fidelitatem promittendam esse: quorum ratio ab aliis DD.
refutatur, §. XI. Recensentur DD., qui contra senserunt, quod
nimi

DISSERTATIO INAUGVRALIS.

nimirum vni ex pluribus dominis tantum fidelitas sit promittenda, §. XII. Conciliatur vtraque DD. sententia, ita, vt nec singulis, nec vni ex pluribus vnus feudi Dominis in solidum ac separatum, sed vni, communi omnium nomine, fidelitas promitti debeat, quae & DD. mens in effectu fuisse videtur, §. XIII. De sententia DD. qui ab omnibus condominis simul conjunctim renouationem inuestituræ perendam, & simul omnibus iuramentum fidelitatis præstandum esse tradunt, nec non de exemplo quodam, hanc sententiam illustrante, §. XIV. Ex consuetudine & moribus Germania quoque Prodominus constituitur, §. XV. Adduntur duo-Pro Domini exempla, quae in vicinia, vnum in Domo Mansfeldica, alterum in Domo Schwarzburgica, habemus, §. XVI. Inquiritur, quisnam Prodominum constituat? Vbi glossa iuris Longobardici Prodomini constitutionem generaliter tribuit Vasallo. At ius Saxonicum & Alemannicum eam initio potius Condominis adscribere videntur. Vti tamen hæc iura simul de pluribus inter se litigantibus loquuntur: ita litis decisionem, vna cum optione Prodominum eligendi, postea mancipant Superiori, §. XVII. Interpretes glossæ iuris Longobardici inter requisitionem & constitutionem Prodomini distinguunt, ac priorem vasallo; posteriorem vero Condominis, iisque dissentientibus, vasallo optionem in subsidium adscribunt, §. XVIII. Alii DD. indistincte Prodomini constitutionem Condominis, iisque dissentientibus, litis decisionem, vna cum optione eligendi Prodominum, Superiori indulgent, quorum sententia ad stipulor., §. XIX. Intuitu constituentium Prodominus diuidi potest in simplicem, & Vniuersitatis Prodominum. Vtrumque regulariter plures constituunt consensu, cuius nova declaratione opus non est, si officium Prodomini alio officio, v. g. Rectoratus, Consulatus, &c. adhaeret, §. XX. Disquiritur, quisnam in Prodominum eligendus? Commentatores ad ius Longobardicum, glossa iuris Saxonici, & ius Alemannicum conspirant, quod Senior sit eligendus, §. XXI. Impubes, minor, & prodigus sine Tutoribus & Curatoribus Prodomini esse possunt, non vero infans, furiosus, surdus & mutus natura. Interim sibi bene prospiciit vasallus, si, quando cum impuberibus, minoribus, & prodigis ipsi res est, & hi Tutores vel Curatores habeat, si, inquam, vasallus eorum

aucto-

auctoritatem vel consensum in renovatione investitura adhibet,
 §. XXII. *Ex moribus & consuetudine Germania in idem Senior Pro-*
Dominus constituitur. Exempla in Domo Mansfeldica & Schwartz-
burgica &c., §. XXIII. Vtrum Pro Dominus vices suas alteri de-
mandare queat?, §. XXIV. Principes, Status imperii, & simi-
les, &c. officium Pro Domini frequentius per substitutum exer-
cent, communicato tamen super persona substituti consilio cum
Con Domini, quia iste omnibus fidelis esse debet, ubi iterum de
Pro Domino Mansfeldico & Schwartzburgico, §. XXV. Sub-
stituto sine prescitu Con Dominorum alius surrogari nequit, quod
iterum corroboratur testimonio, §. XXVI. Pro Dominus, eiusque
substitutus limites mandati, si aliquod prescriptum, observare,
nec eos, nisi Con Dominorum plane non intersit, excedere debent,
 §. XXVI. *Pro Dominus in omni feudo, quod plures Dominos*
in presenti habet, constitui potest, si (1) in ipso ius Primogenitu-
re non sit inductum, & si (2) in Principatibus ecclesiasticis do-
minium directum solius Administratoris, non simul Capituli no-
mine, exercentur, §. XXIX.

§. I.



Dominium plenum in rebus feudalibus, Dominium in
 quæ allo dialibus opponuntur, penes rebus feudali-
 unum solum non existere constat: nec bus inrer Do-
 labitur errore, qui ex subdivisione do- minum dire-
 minii minus pleni in Directum & Vti- ctum & uti-
 le, nomina Domini Directi & utilis in- lem est diui-
 itium duxisse, pro certo habet, Do- sum.
 minium Directum, quod a Cujacio do-
 dominatio feudi, ab Hottomanno ius
 patronatus, a Zafio, & a Rosenhalio dominium superius, vid.
 Bitsch. in *Comm. feud. ad 2. f. 26. c. domino committente p. m. 493.*
 Schradero in *tr. feud. part. 10. sect. 4. num. 58. in fin.* jus superio-
 ritatis, aliisque aliter, germanice, das Ober- oder mehrer Ei-
 genthum/ a Schiltero in *Comm. ad J. F. A. p. m. 161. §. 9. die ordes*

DISSERTATIO INAUGURALIS

= 56

liche Eigenschaft und Herrschaft appellatur, consistit in dimidia parte proprietatis, sine iure utendi fruendi; *Vile* vero a Feudistis possessio, & usufructus, (in sensu sc. juris Germanici, non Romani, quia ibi usufructus est seruitus), vel jus feudi, feudum dominans, &c. nominatum, v. Bitsch. d. l. & H. Pistoris l. 2. qu. 47. n. 20. p. m. 736. in vernacula: die erbliche Nutzbarkeit / oder das Unter-Eigenthum / alteram partem proprietatis, cum iure fruendi omnibus sane emolumentis, tam ordinariis, quam extraordinariis, sub se comprehendit. Plus ultra in generalioribus hisce progredi, nihil ad rhombum.

§. II.

Dominium directum exercet aliquando Pro Dominus, cuius vocabuli derivatio traditur,

Ostendit scilicet rubrica disputationis, me de Domino directo disquisitionem in praesenti non esse institutum, sed de tali persona, quae dominum directum in omnibus, vel plurimis, quae ipsi, vt Domino directo, tribuuntur, repraesentat, qualis vno verbo *Pro-Dominus directus* vocatur. Particula *Pro* enim juris vicarii nota est, & ita dudum in iure Romano ad masculos & foeminas applicata invenitur. Addubitantibus plenam fidem facient exempla; *Pro-Consulis*, qui in provinciis consularibus *Consulis* vices tantum non per omnia gerebat, l. 7. §. 2. l. §. l. 9. pr. de off. procons. & leg. v. Frantzk. b. t. n. 1. & seqq.; item *Pro-Curatoris*, qui negotia *Curatoris* post *L. C.* expedit, ante *L. C.* auctorem solum constituit, qui tamen in effectu idem potest, quod *Procurator*, l. 11. C. de Procur. & defens.; dein *Pro-Tutoris*, qui, cum Tutor non sit, vices *Tutoris* bona fide gerit & administrat, sive se putet Tutorem, sive sciat, se talem non esse, t. tit. ff. de eo, qui protul.; tandem & foemina *Titia*, quae, cum propter dotem bona mariti possideret, omnia tanquam *Pro-dominus* egisse perhibetur in l. 48. ff. de solut. Vti alias & nemo ignorat, *Pro Regem* eum nominari, qui *Regis*; *Pro Rectorem*, qui *Recloria*; *Pro-Decanum*, qui *Decani* vices gerit, &c.

§. III.

Descriptio Pro-Domini, eiusque differentia a Pro-curatore.

Quum vero & emphyteusos & superficies Pro-domini deprehendantur directi: hinc, ne animum B. L. incertum, vel circa statum controversiae, qui mox ab initio recte formandus, suspensum detineam, vocem: *feudi*: Pro-dominio directo nostro appo-

apponendam curavi, quem nunc describo, quod sit *persona, qua sibi & pluribus competens dominium unius ejusdemque feudi directum* (vid. §. XXIX.) *communi, quoad vivit, nomine in totum, vel ex parte, v. g. quoad concessionem investituræ, receptionem fidelitatis, &c.* vid. Cap. II. *exercet, conf. Brunnemannus conf. 161. n. 46. p. m. 674.* Absunt igitur longe ceteri, qui interdum quoque usu frequentantur, significatus, v. g. quando per Pro-dominum directum ille intelligitur, qui vel *unius saltem domini directi*; vel qui *plurium* quidem, sed tanquam *Extraneus & nudus Procurator*, vices sustinet. Et quemadmodum pro varietate horum significatum varia etiam apud Feudistas offenduntur vocabula, de quibus certe prima fronte non apparet, an potius nostrum, an alienum Pro-dominum denotent; Ita non inutile erit, si, recensitis quibusdam ex ejusmodi vocabulis, mentem Auctorum, qui eis usi sunt, breviter declarem.

§. IV.

Sic Giphanius *in tr. de iur. feud. cap. 10. n. 6. 7. p. m. 49.*, & post eum Struivius *in S. J. F. cap. 8. aphor. 6. n. 5. p. m. 273.* occasione quæstionis: an investitura per alium, cui hanc Dominus demandavit, fieri possit? mentionem *Præpositi feudi*, eines Lehen-Probsts/ injicit. Sed uti & Giphanius & Struivius hunc Præpositum, sive Pro-dominum, a Seniore, i. e. Domino, constitutum esse, illumque Domini nomine ex moribus Germaniæ actum investituræ celebrare solere, tradit; ita simul ex adhibitis ab illis DD. vocabulis, videlicet Procuratoris, Mandatarii, tanquam Præpositi synonymis, clare adparet, quod non de nostro, qui plurium, sibi parium, æque suo, ac illorum nomine, actum investituræ expedit; sed de tali Prodomino, qui alterius nomine solam vasallos investit, & sic revera nudus Procurator est; uterque illorum Auctorum unice sollicitus fuerit. Grivellus *in decis. Dolan. 112. p. m. 297.*, ad quem Besoldus aliique lectorem, ut ibi potestatem eines Lehen-Probsts addiscat, remittunt, dicto quidem Præpositi vocabulo non utitur, sed aliis affinis, v. g. Vicarii, Locumtenentis, Procuratoris generalis, & specialis; illis tamen nihilominus aliquam Prodomini speciem exprimere voluit in casu, quem sibi examinandum sumisit de

Nomen
Præpositi,
eines Lehen-
Probsts/
apud non-
nullos DD.
idem est, ac
Procurator.
Apud alios
Præpositus
ipsum Domi-
num directum
denotat.

DISSERTATIO INAUGVRALIS

potestate Gubernatoris Comitatus Burgundiae sub initium seculi XVI. circa concessionem investiturarum feudalium, & de quaestione, quatenus ejus Gubernatoris factum Comiti intuitu juris retentionis feudalis noceat? Quum vero Gubernator ille pariter non proprio, sed mere alieno, puta Comitis, nomine, investituras concesserit; hinc Grivelli quoque Prodomini species ad nos in praesenti non pertinet, sed Grivellus cum Struvio & Giphano hac parte convenit. Idem etiam dicendum est de *Vicariis Imperii*, qui, licet quoad investituras Imperatoris, seu Domini, vices, (feudis Principum & Vexilliferis, Fürsten- und Fahnen-Lehen/ per *A. B. cap. 5. §. 1.* solum exceptis,) durante interregno gerant, ad eos tamen essentialia definitio- nis Pro-domini nostri (v. §. III.) neutiquam quadrant. Porro Hotomannus in *disput. de feud. cap. 3. Patronum feudaliuum*, h. e. *Dominum directum*, latine *Propositum* dici posse, contendit; ve- rum hic iterum ad nos non pertinet. Vides inde, quam pa- rum nudis vocibus tuto fidereliceat, & quomodo saepiuscule DD., licet easdem voces atque denominationes adhibeant, de rebus tamen diversissimis loquantur, unde in vocabulis ejusmo- di dubiis obvencientibus semper ad integrum contextum Scri- ptoris respiciendum est, si quis contra ejus mentem & intentio- nem impingere nolit.

§. V.

Prodominus interdum quo- que vocatur Senior, Natu- maior, in ver- nacula, der Älteste des Hauses und Stam- mes &c.

Propius ad scopum nostrum accedere videntur vocabu- la *Dominorum Primus, Senior, vel Natu maior*, &c., id quod con- firmat Vulteius *l. 1. de feud. cap. 7. n. 42. p. m. 140.*, vbi *Prodomi- num* in lingua vernacula optime definit, daß derselbe / als der Älteste des Stammes/ die Lehnische Hand habe/ oder trage. Con- venit Brunnemannus, qui eum tam in indice, quam in summa- riis ad *conf. 161. n. 46.* einen Lehnräger/ vocat, quod & praxis (vid. §. *IX. Cap. II.*) passim comprobatur. Vox *Träger*/ seorsum per- pensa, illum indigitat, qui e pluribus sociis electus, admini- strationi praestet, & locum quasi institoris occupat, vti convenien- ter testatur Wehnerus *observ. pract. Tit. N. verb. Rahmen- Träger*.

§. VI.

Fundamen-

Quibus praemisissis, operæ pretium erit, quia hactenus quan-

DE PRODOMINO FEUDI DIRECTO.

quantum nobis constat, peculiari dissertatione *materiam* de tūm consti-
Pro Domino feudi directo nemo tractavit, ut *eius constitutionis ori-* tutionis Pre-
ginem & fundamentum ex ipsis Legum fontibus deducam, ar- Domini ex
que probatorum DD. calculo, quoad fieri potest, firmem, jure Longe-
eosque DD., quatenus sunt dissonantes, concilium, nec non bardige.
vno & altero exemplo illustrem. Quod igitur primo *ius feu-*
dale Longobardicum attinet, præ aliis huc quadrat Constitutio
Imp. Friderici *de feudis non alienandis*, quæ extat 2. f. 55. §. 1. in
fin. ita tamen, ut vasallus pro vno feudo plures Dominos habere non
compellatur, quod Güntherus *lib. 3. Ligurini vers. 637. & seqq.*
binis hexametris eleganter includit.

Sic tamen, ut Dominos ejusdem nomine plures
Vasallus feudi non compellatur habere.

Illustratur dictus paragraphus cap. *extraord. 77. Plures au-*
tem Domini, est feudum inter se dividant, (aliud, si Domini
feudum & inter se, & inter plures vnius feudi vasallos dividant,
de quo vid. seqq.) *nullo modo, nisi unam fidelitatem, ex feudo ha-*
bere poterunt, & Cap. *extraord. 102, quod si dominus, a quo feudum*
tenebatur, diem suum pluribus heredibus relictum, obierit: Vasalli,
qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo
facere, nisi Domini illud feudum primo partirentur, h. e. Nisi aut
plures Domini plures vnius feudi vasallos, (sermo enim in hoc
capite est de *pluribus*.) numero dividant, & plura quoque feu-
da ex vno feudo constituant, nec non cuius Dominorum v-
num feudum, & vnum vasallum in solidum assignent, quo
casu singuli vasalli suo Domino, cui assignati, non ceteris, te-
nentur. Sed si vnus vasallus sit, is diuidi nequit, ut ad plures
fidelitates & seruitia obligetur, licet plures Domini adsint, &
illi ius, quod in feudo habent, de facto in præiudicium vasalli
inter se dividant, prout cap. 77. intelligendum, conf. Rosen-
thal cap. 6. *concl. 38. n. 4. p. m. 278.* & Responsum Jenensē in §.
xv. ; aut nisi plures Domini quōtas juris, quas quisvis eorum in
feudo habent, seniori e numero (v. §. XXI. *cum seqq.*) primo ita
cedant, ut deinde ille vnus iuxta definitionem Pro Domini
in §. III. vices omnium condominorum gerat, verbo: *nisi primo*
plures Domini Pro dominum constituant; aut nisi deniq; plures Domi-
ni ius suum vni e numero in totum tradant, & vnum Dominum

B

con-

constituant. Pro triplici modo recensito significatu adfunt conjecturæ in dicto *cap. 102*. Majores autem pro medio, cum plures unius feudi Domini, & plures unius feudi vasalli in communione persistere queant, nec ad distributionem inter se, bene tamen plures Domini ad Pro Domini constitutionem cogi possint, qua utriusque partis jus integrum conservatur, cui accedit, quod in dubio illa sententia sit arripienda, per quam utrique parti consulitur, Dn. Andreas Kohl *de servit. feud. part. 2. n. 10. in fin.* Natta *consil. 373. n. 15.* Ratio textus semper est eadem, quoniam secundum jus feudi non debet quis duas fidelitates pro eodem feudo facere. Certe hic habes evidentissimas & invictas rationes, cur & quando Pro Dominus constitui debeat. Quod si enim secundum jus feudale Longobardicum plures domini directi & utiles consortes dantur, si quoque eis in communione persistere permillum est, & plures Domini in præjudicium vasalli dominium directum dividere nequeunt, si porro nec vasalli pro uno eodemque feudo plures Dominos habere, pluribusque fidelitatem præstare, nec e contrario plures domini vilo modo nisi ad unam fidelitatem recipiendam cogi possunt: sequitur indubitate, existentibus pluribus unius ejusdemque feudi Dominis, iisque in communione permanentibus, unum ex hisce, (puta seniore, v. §. XXI. cum seqq.) eligi debere, qui omnium condominorum vices sustineat, & cui nomine omnium etiam a vasallo, & fidelitas personæ & feudalitas rei fiat, qui juxta definitionem, in §. III. subministratam, Pro Dominus audit. Contra cum posito vno relativorum, alterum ut ponatur, necesse sit, altero casu etiam indubitate sequitur; existentibus pluribus unius ejusdemque feudi vasallis, iisque in communione permanentibus, unum ex hisce eligi debere, qui omnium convasallorum vices sustineat, & qui nomine omnium Domino, & fidelitatem personæ, & feudalitatem rei, faciat, qui Pro vasallus audit, de quo in dissertatione quadam, sub præsidio Dn. Andrea Mylii PP. quondam Lipsiensis, habita, jam dum actum fuit.

§. VII.

Ex jure

Progredior merito in ordine ad jus feudale Saxonium, quia

quia ejus compilationem Suevica compilatione antiquiorem feudali Saxo-
 esse, contra Schilterum solide probatum ab Illustri Dn. Tho- nico.
 masio in *select. cap. Hist. J. F. G. §. 45. cum seqq.* Illud sententiam
 meam confirmat, & Jus Longobardicum illustrat, dum in
cap. 29. §. 1. Ob viel Manne / ait, ein Gut zusammen in Lehen ha-
 ben / sie dörffen doch nicht mehr / dann von einem ihres Herren
 Sohn / ihr Gut empfahe / ob es ihnen wohl von allen ingesamt
 geliehen were / ut proinde inter differentias Juris Civilis & Sa-
 xonici referri hoc non meruerit, vt fecit Auctor earum diffe-
 rentia 51. apud H. Pistoris *l. 2. qu. 47. n. 23. p. m. 738.* Glossa
 notat dictum textum intelligi de pluribus vnus feudi dominis
 in communiōe existentibus; Siquidem tum vnus ex dominis
 tantum, nomine suo & aliorum, vni feudum conferat, & sic
 etiam ab uno tantum inter vasallos, uni tantum inter dominos
 seruitia exhibeantur. De seruitiis, quatenus illa ProDomino
 vere exhibenda v. Cap. II. §. XXIX. *cum seqq.* Num vero Pro-
 dominus noster planius vnquam manifestari poruisset? Vix
 credo.

§. IIX.

Equidem vltima verba textus Saxonici: Ob es ihnen wohl
 von allen ingesamt geliehen were: subobscura sunt, quia hæc
 & altera verba: von einen sein Gut zu lehen empfahe / quæ glos-
 sa latine: per vnum in fidelitatem & homagium recipi; inter-
 pretatur, ad litteram videntur involvere contradictionem; At
 cum de compilatore præsumendum non sit, quod sibi in eo-
 dem commate refragari voluerit; ideo dictam verborum ob-
 scuritatem hac occasione enodare potius, quam silentio trans-
 ire malui. Recurrendum vero hic est ad jus Alemannicum,
 quippe quod in *cap. 58. §. 6.* juxta lectionem MS. Argent. tertii,
 (quæ textu Schilteri, uti in *Comm. ad d. cap. §. 8. p. m. 31.* Ipse fate-
 tur, hoc in puncto verior est,) post eandem materiam ita dispo-
 nit: *und baz inen der Herre allen das gut geliehen.* Igitur textui
 Saxonico post verba: Ob es ihnen wohl von; vocem: Herrn:
 inferi potest, & tunc integer sensus: Ob es ihnen den Mannen
 wohl von Herrn (h. e. a Domino feudi defuncto) allen ingesamt
 geliehen were: fit completus. Deinde etiam notandum, in

Verba tex-
 tus Saxonici
 paululum ob-
 scura enoda-
 tur.

textu iuris Alemannici a verbis : *Vnd hatt* : nouum punctum incipere. Esse insuper potest, quod textus Saxonicus non recte punctatus fuerit, veluti similem mendam huius *cap. 29.* in exemplari iuris Saxonici feudalis, quod Schilterus imprimi fecit, eundem Schilterum seduxisse ostendit Illustris Dn. Thomafius in *all. select. cap. Hist. I. F. G. §. 55. lit. l. p. 78. in med.* Deficiente autem omni textu concolori, quem, cum adfuerit, negligere nolui, distinctione quadam: inter *emphaben*, & *gelichen werden*: facili modo conciliari videntur verba ambigua, ita vt; *emphaben*: collationem *realem*, quæ fit *ab vno*, denotet: *gelichen werden*: vero *intellectualem*, quia fit *nomine omnium*, significet. Hoc declarat etiam vox *ingesamt*. Legamus nunc iterum textum, qui sonos articulabit: *Ob viel Manne ein Gut zusammen in Lehen haben/sie dürfen doch nicht mehr/denn von einem ihres Herrn Sohn/ ihr Gut empfahen/ ob es ihnen wohl von allen (nomine omnium) ingesamt (virtualiter) geliehen were (werde). Addo, veteres Saxones vocabulum: Ob wohl: pro als wenn/sive gleich als ob/latine, perinde ac si, usurpasse, quod & hic applicare licet, quia sensum secundum hodiernum stilum melius connectit. Die Manne dürfen doch nicht mehr/denn von einem ihres Herrn Sohn/ ihr Gut empfahen/ gleich als ob es ihnen von allen geliehen were/ (werde). Ex hisce enodationibus elige iam, cui dicas, tu mihi sola places.*

§. IX.

Fundamentum constitutionis Prodomini ex iure feud. li Alemannico Longobardico & Saxonico iuri multum lucis affert *ius feudale Alemannicum*, itemque sententiam meam (v. §. VI.) d. cap. 58. §. 4. corroborat, ibi, *vasallus*, ait, *non tenetur nisi ab vno Domino inuestituram accipere*, in vernacula: *der Man sol ouch nicht, wenne von eime Herren, sin gut empfohen*, & in §. 5. *Si dominus*, pergit, *plures filios relinquit, eo mortuo, vasalli non nisi ab vno eorum, inuestituram accipiunt*: in vernacula: *Loth auch ein Herre me sune bunder yme, denn einem; so er stirbet, die man empfohent, ouch ir gut nit me, denne von eime*. Sensum editio Meichsneri exhibet expressiorem: *der Man sol ouch nicht, dann von einem seines Herren Son, ein Gut empfahen, dann nicht mehr Herren mögen ingenoeten, dass er ein gut von im (inen) empfab, dann einer*. Sequitur in §. 6. si fra-

res (siue defuncti Domini filii) omnes inuestituram facere contenderint, ac desuper litigauerint, ut vassalli a quolibet eorum inuestituram accipiant: vassalli hoc de iure detrectant, in vernacula, vnd wclend es die Brüder alle liben, vnd kriegend alle derumbe, das su es soltent alle liben, vnd ir man soltent es von ir jeglichen entphoben; vnd des werent sich die Manne wol mit rechre. add. Resp. Ien. in §. XV.

§. X.

Ex Iure Civili tandem pro adstruenda sententia mea defumi potest tritum, quo docetur: *Ex personis heredum conditionem obligationis non immutari, neque duriores alicuius conditionem effici posse, l. 2. §. 2. ff. de V. O. & l. 2. ff. de prat. Hipul.* Nam hinc sane recte arguitur, vassallum, qui ex lege feudi non tenetur, nisi ad vnam fidelitatem & homagium, non debere adstringi ad plura ex eo, quod Dominus decesit relictis pluribus heredibus, siue isti in communi hereditatis permaneant, siue eam dividant, arg. l. 2. ff. de exercit. act. & l. 31. §. 5. ff. de adil. edict. Nunc ad Doctores.

§. XI.

Hartmannus Pistoris l. 2. qu. 47. n. 19. p. m. 736., Vulteius l. 1. de feud. c. 7. n. 94. p. m. 192., & post eos Mauritius in post. iur. feud. controu. §. 8. p. m. 41. alique omnes vnanimiter referunt; si-
 tionem obligationis non immutari, neque duriores alicuius conditionem effici posse, l. 2. §. 2. ff. de V. O. & l. 2. ff. de prat. Hipul. Nam hinc sane recte arguitur, vassallum, qui ex lege feudi non tenetur, nisi ad vnam fidelitatem & homagium, non debere adstringi ad plura ex eo, quod Dominus decesit relictis pluribus heredibus, siue isti in communi hereditatis permaneant, siue eam dividant, arg. l. 2. ff. de exercit. act. & l. 31. §. 5. ff. de adil. edict. Nunc ad Doctores.

Adducuntur DD., qui Prodomini constitutionem improbasse videntur, dum pluribus vnius feudi Domini existimantibus, stantibus, stauerunt: ab omnibus inuestituram petendam, omnibusque a vasallo fidelitatem promittendam esse, quorum ratio tamen ab aliis DD. refutatur.

DD., qui Prodomini constitutionem improbasse videntur, dum existimantibus, stantibus, stauerunt: ab omnibus inuestituram petendam, omnibusque a vasallo fidelitatem promittendam esse, quorum ratio tamen ab aliis DD. refutatur.

marunt: Vafallum *ab omnibus* Dominis, vel Domino feudi mortuo, & relictis heredibus, *ab omnibus* eiusdem filiis, vel agnatis, investituram petere, atque iuramentum fidelitatis *omnibus* præstare debere. Cuius rationem vulgo eam reddunt, quia ius ipsum, quod Domini, siue eius heredes, in feudo habent, tanquam indiuiduum aliquid, cuiilibet in solidum competat: quam Molinæus, eumque secutus H. Pistoris *d. l. 1.* ita refutat, vt, quemadmodum feudum dominans, (dominium vile v. §. 1.) est diuisibile, & diuiditur *2 f. 29. §. 1. & 77.* ita & ius, Dominis exinde competens, diuisibile sit, & diuidatur. Afferit in super aliam rationem, quod nimirum singuli sint Domini, & singulis ius pro rata ipsorum parte competat, quodque iuramentum fidelitatis quoad ipsam formam & actum quidem indiuiduum, quantum tamen ad rem, seu subiectum, pro quo præstatur diuiduum sit, (prout declarat Id. H. Pistoris *d. l. n. 3. & 4. p. m. 729.*) vsque eo, vt vafallus iuramentum, quod Pro domino præstat, & ille nomine omnium recipit, præstare censetur singulis condominis pro quotis iuris, quas singuli in feudo habent, quia semper magis ad rem, in feudo datam, quæ hic intuitu Domini directi a pluribus Dominis directis dependet, quam ad personas, v. g. hic ad vafallum, qui iurat, & ad prodominum, cui præsentem iuratur, respectus habetur. Hæc videtur esse sententia H. Pistoris, qua conatur dissentientium opinionem refutare, ac si singulis Dominis ius in solidum intuitu feudi competeret.

§. XII.

Recensentur DD. qui contra senserunt, quod nimirum vni e pluribus dominis tantum fidelitas sit promittenda.

Aversissimo autem animo sunt ab ante commemoratis DD. Baldus, Andreas de Isernia, & Jacobus de Belviso, Hostiensis in *summ. rit. de feud. §. fin.* Jacobinus de S. Georg. in verb. *qui quidem investiti num. 28.* Aretinus *ad l. 2. §. ex his not. 2. ff. de V. O.*, Julius Clarus *qu. 49. n. 11.*, Sylvanus *de recogn. feud. qu. 106. n. 2.*, Frider. Schenck Baro in *d. §. omnes filii 2. f. 26. n. 8. & 9.* v. plures cit. in Gothofr. Antonii *disput. feud. 8. rb. 2. lit. a. p. m. 209.* contra statuentes; quod nimirum vafallus *ab uno tantum* ex Dominis, siue eiusdem heredibus, filiis, vel agnatis: non autem ab omnibus investituram petere, omnibusque fidelitatem promittere compellendus sit, testante præterea Julio Claro.

ro d. l. de consuetudine, dum affirmat, se *semper vidisse seruari, quod vasallus unum tantum habeat dominum, neque plures habere cogi possit.*

§. XIII.

Interim mihi plerique eorum DD., quos adduxi, verbis pugnare, reconvenire, & in eandem sententiam consentire videntur. Si quidem etiam H. Pistoris l. 2. qu. 47. n. 24. olim jam observavit, & cum Vultreio l. 1. de feud. c. 7. n. 94. p. m. 192. aliisque commode meminit; opiniones hasce discrepantes nonnullos DD., mediam viam ingressos, ita in concordiam reduxisse, ut putent: vasallum quidem non teneri singulis dominis fidelitatem separatim promittere, sed tantum *uni, communi tamen omnium nomine fidelitatem recipienti.* Quo tandem interposito temperamento & *prima* opinioni satisficit, quæ omnibus jurandum esse arbitratur, cum iuramentum, uni omnium nomine præstitum, eundem effectum sortiatur, ac si omnibus juratum esset, ut ait Hernia in d. s. omnes. Et locus etiam relinquatur *secunde* sententiæ, quæ *uni tantum* jurandum esse statuit, cujus suffragatores hoc idem sensisse videntur, ut ex scriptis eorum videre licet, Namq; ita in effectu post Andr. de Hernia distinxit Mart. Laudensis, Præpositus, & Alvarottus in §. omnes. Hæc autem diversæ DD. opinionis conciliatio tanto magis admittenda est, quia non tam supra deductis iuribus, quam æquitati valde consentanea est. Iuribus ideo consentanea est, quia vasallus, etsi plures dominos, eos tamen non singulos in solidum pro uno feudo habet, quod iura tantum vetant arg. 2. f. 38.; nec fidelitas vasallum hoc casu in plus, (quia plures domini loco unius domini sunt,) licet fortius obligat. Æquitati autem congruit, siquidem ita saluum atque illæsum cuique jus suum conservatur, nec domini, nec vasallus ullam legitimam conquerendi causam habent. Nam de hoc Vasallus a principio cum domino convenisse videtur, & cogitasse, evenire posse, ut plures heredes existant: Durum contra & inhumanum foret, vasallum suo arbitrio uni ex dominis, sive heredibus, hoc totum jus attribuere, & reliquis dominis

Conciliatur
utraque DD.
sententia, ita
ut nec singu-
lis, nec vni ex
pluribus v-
nius feudi do-
minis in soli-
dum ac separ-
ratim; sed vni
communi o-
mnium no-
mine fidelitas
promitti de-
beat; quæ &
DD. mens in
effectu fuisse
videtur.

suas

suas ratas plane adimere posse. Rosenthal *cap. 6. concl. 38. n. 12. p. m. 279.*

§. XIV.

De sententia DD., qui ab omnibus condominiumis simul coniunctim renouationem petendam, & simul omnibus iuramentum præstandum esse tradunt, nec non de exemplo quodam, hanc sententiam illustrante.

Quando Condomini omnes simul conveniunt, ut uno eodemque actu fidelitas promitti possit omnibus, tum asserit Molinæus *ad consuet. Paris. §. 2. gl. 4. n. 53. i ab omnibus coniunctim renouationem peti, simulque omnibus iuramentum præstari debere, non vero singulis seorsim.* Cui accedit Hieron. de Cæuallos 3. *pract. qu. 784. n. 2. Et seqq. apud Vulceium de feud. l. 1. c. 7. n. 94. p. m. 194.*, atque hanc communem esse DD. sententiam dicit Apostillator ad Decium in *l. 192. ff. de R. I.* Idem sentit Struuius in *S. I. F. c. 10. aph. 2. n. 1. ibi, Dicimus non a singulis seorsim, sed ab omnibus coniunctim renouationem petendam, & non singulis, sed simul omnibus iuramentum præstandum, quia investituræ petitur, & iuramentum præstatur ratione rei, in feudum data, quæ est vna. Peraguntur, &c. v. fin. h. §.* Hoc illustrat quoque exemplum Friderici, de quo Otto Frising *l. 7. c. 20.*, vbi de recuperata Apulia ex manibus Rogerii, & Reginaldo in feudum concessa, *verum, narrat, silentio præterire nolumus, quod in dando Ducatu inter ipsum (Frider. Imp.) & Romanum Pontificem pene controuersia orta fuit, utroque Ducatum Apulie sui iuris fore affirmante. Quæ lis consilio tandem hoc modo decisa dicitur, ut in dando Duci vexillo utriusque manum adhiberent. Quidquid vero hic DD. dicunt, sine LL. dicunt, quibus ergo tamdiu nulla fides habenda, quamdiu non expresse probauerint, quod vel supra deducta Iura v. §. VI. usq; ad §. XI.) non recepta, vel per contrariam consuetudinem abrogata fuerint. De qua probatione tamen tantum apud eos est silentium, ut nos potius in §. subseq. & §. XXIII. ex consuetudine & moribus Germaniæ ProDominum hæctenus constitutum esse, & confirmari debere, variis DD. præjudiciis corroborauerimus. Nec huc quadrat adlatum exemplum de Ducatu Apulie, quia ad conventionem pertinet & de ejusmodi personis agit, quæ legibus solutæ sunt. Quod si ergo Struuius cum ceteris in hoc §. alleg. DD. suum quoque casum ad conventionem restringit, nobis non contradicit, quippe Vasallus juri suo quæsito omni-*

no

no renunciare, & ab omnibus simul conjunctim renovationem petere &c. potest. Struvius tandem ProDomini constitutionem ipse probat, quamvis eam juxta LL. non simpliciter necessariam esse existimasse videatur. Dicit enim in proxime subsequentiis verbis supra alleg.: *vel unus peragit investituram communi nomine: quem unum hic Prodominum vocamus, vid. §. III.*

§. XV.

Videamus jam, quid moribus Germaniæ obtineat, ubi *Zafius in epit. feud. in 7. parte num. 11. ait, apud Germanos ita observari, ut vasallus unum tantum Dominum habeat, unig; tantum Prodominium nomine vid. Rosenthal cap. 6. concl. 38. p. m. 279. fidelitatem promittat, &c. nec plures Dominos habere cogi possit. Ejusmodi peculiare ac præstantissimum testimonium perhibet etiam de consuetudine Imperii nostri Romano-Germanici, veluti constituendi ProDomini necessitatem inducente, & adhuc vigente, Hubertus Giphanius, summus S.C.M. Consiliarius, in rr. de Jur. feud. cap. 10. n. 34. p. m. 54. ubi moribus, respondet, nostris receptum est, ut vasalli non omnibus domini heredibus, verum undantaxat (nomine omnium) hominum & fidelitatem juret. Cum quo convenit Brunemannus conf. 161. n. 46. p. m. 674. Dum & moris, ait, ita esse solet in feudis, a pluribus Dominis directis dependentibus, quod uni exercitium domini directi committi soleat, qui ex generali commissione ceterorum investituram concedat, ceteraque, que omnibus competebant, exerceat, conf. §. XXIII. Adjungo etiam Responsum Collegii Jenensis Juridici, ad consultationem Hans Heinrichs von Müßling in Mens. Octobr. Anno 1617. latum. Als ihr uns berichtet / daß die zwey Ritter Güter hohen Leuben und Reichenfels samt allen derselben eingehörigen Unterthanen / Dorffschafften / und andern pertinentien in der Reußischen Herrschafft Schlais gelegen / und der præ eminentz und Lehn-Gerechtigkeit wegen darein von Alters her gehörig gewesen / nun aber / dadurch des letztern Lehn-Herrns Todes / Fall die successio auff dessen Herren Detttern kommen / und dieselbe Herrschafft in drey Theile*

Ex consuetudine & moribus Germaniæ quoque Prodominus constituitur.

get

geschlagen werden müſte / ihr vernommen / daß obgedachte eure zwey Ritter-Güter dergestalt getrennet werden ſolten / daß eines theils dazugehörige real-pertinentien / und Unterthanen / der Regalien und Lehns-Gerechtigkeiten halben nicht bey einer Herrschafft alleine gelassen / sondern gleichsam zerwiſſen und zertrennet würden / und ihr also unterſchiedliche Lehns-Herrschafft und Dominanz recognosciren ſoltet ic. Demnach sprechen Wir ic. daß vermöge allgemeiner und Reichs-üblichen Lehn-Rechte die real-pertinentien eurer beyden Ritter-Güter oberwehnter Maſſen zerreiſſen und trennen zu laſſen / und nicht wie zuvor von alteris hero vnicum Dominum allein / sondern plures diuerſos Dominos wieder euren Willen zu recognosciren ihr keines weges ſchuldig noch verbunden ſeyd. Itadeiure. Sed quid condomini de facto (v. §. VI.) Dominium directum diſcindere, & plures pro vno feudo dominos *ſingularim* conſtituere velint; tunc melius conſilium ſuppeditari vaſallo nequit, quam vt proteſtando ius ſuum conſeruet, vsque dum res vel per amicabilem tranſactionem, vel per viam iuſtitiæ ſopiatur. Proteſtatio vero ius proteſtantis ſaluum conſeruat, imprimis ſi proteſtatio facta illi, cum quo actus geritur, Conſtant. Rogger. *de Proteſt.* §. 4. n. 15. Quo & ſupra laudatum collegium in paulo ſequentibus huius reſponſi reſpexit. mit angeheſſter Proteſtation, daß ihr in vorhabende Zutrennung und Zureiſſung der Lehn einzurwilligen nicht geſinnet / euch auch unverpflichtet erachtet. Welche ſchriftl. proteſtation ihr zu deſto beſſerer Verwahrung / und damit ins künfftige ob und zu welcher Zeit die inſinuation beſchehen ſey / nicht Zweifel oder Streitigkeit vorfallen möge / ihr durch Notarien und Zeugen inſinuiren laſſen möget. V. N. W.

§. XVI.

Adduntur duo
Prodomini e-
xempla, que in
vicinia, vnum
in domo Mans
feldica, alte-
rum in Domo

Exempla Prodominorum, quamuis innumera obſoleverint, & adhuc viuæ dentur, ex libris tamen vix enoteſcunt: ſiqui dem præter vnum eiusmodi exemplum apud Brunnemannum *conf. 161.* in familia Nobilium dominorum a Pultitz in veteri Marchia & Prignitia nullum penes DD. quos euoluere licuit, inueni. Enim.

Enimuero abunde mihi erit, duo exempla, quæ notorie in vicinia habemus, alterum in *Domo Mansfeldica*, alterum in *Domo Schwartzburgica* habemus, *Schwartzburgica* hic allegare, qualia suo loco longius & plenius profequar, pro re nata simul expositurus, quousque talia cum nostra theoria conueniant. Interim summam rei breuiter dicam. Extant scilicet certa quædam subfeuda, a Comitibus Mansfeld. & Schwartzb. conferenda, quorum cum collatione ita comparatum est, vt Seniores familiæ iuxta definitionem in §. III. Pro domini sint, & nomine totius familiæ subinfeudatos inuestiant, plurimaque iura, quæ toti familiæ competunt, v. Cap. II. eius nomine exerceant. Dicta subfeuda autem maxima ex parte extra curtem Comitatum Mansfeld. & Schwartzb. & multa in hoc Ducatu Magdeburgico deprehenduntur, quibus Comites Mansfeldici & Schwartzburgici a nostro Potentiff. Rege, tanquam Duce Magdeb., inuestiuntur. Nonnulla ex subfeudis Schwartzburg. enunciant subiunctæ litteræ inuestituræ, quas noster Potentiff. Rex, tunc temporis tantum Elector, Comitibus Schwartzburg. An. 1699. concessit hac formula: Wir Friederich der dritte/ von Gottes Gnaden Churfürst/ bekennen öffentlich mit diesen Brieff/ daß Wir/ als Herrzog zu Magdeburg / denen Wohlgebohrnen Unsern lieben Getreuen N. N. N. N. Gebrüderm Grafen zu Schwarzburg &c. zu rechten Männlichen Lehen geliehen haben / leihen ihnen aber/ und in Krafft dieses Brieses/ hiernach geschriebene Güter/ nehmen/ die Mannschafft und Verleihung nachfolgender Güter/ mit Unser Stadt Halle/ vier Bierthel und zwey Pfannen in Sutjahr/ zwey Mßel in Hackeborn/ vier Bierthel in der Metrik / und die Lehne an der Borsoole halb daselbst zu Halle &c.

§. XVII.

Ventilata quæstione an? eaque decisa, quod Prodominus sit constituendus: huic proximam, & æque olim in certamen adductam, quisnam Prodominum constituere debeat? ea, qua coepi, methodo dispiciam. Deficit quidem textus iuris feudalis Longobardici expressus, sed glossa in d. §. *præterea ducatus Pro Domini* constitutio- nem genera-
Inquitus, quisnam Pro-
Dominum
constituat? vbi
glossa iuris
Longobardici
Pro Domini
constitutio-
nem genera-

C 2

here.

licet tribuit
vasallo. At
ius Saxonicum
& Alemanni-
cum eam ini-
tio potius con-
dominis ad-
scribere vi-
dentur. Vti ta-
men hæc ce-
iura simul de
pluribus inter
se litigantibus
loquuntur: ita
litis decisio-
nem, vna cum
optione Pro-
dominum eli-
gendi postea
mancipant su-
periori,

heredibus, pro se & ceterorum nomine fidelitatem promittere velit. Id quod Jacob. de Beluifo declarat, *si Domini, vel Heredes, de vno ex ipsi non convenire possint.* Jus feudale Saxonicum in d. c. 29., & ius feudale Alemannicum in d. c. 58. §. 6. hac in parte vnum ex altero est explicandum. Vtrumque equidem casum *controversie* de inuestitura, a quonam ex fratribus condominis vasalli eam accipere debeant, proponit; at ius Saxonicum istiusmodi controversiam solum inter vasallos, & ius Alemannicum eam simul inter vasallos & condominos esse fingit, adeoque neutrum, cui prima Prodomini electio, an *vasallis*, an *condominis* competere debeat, expresse disponit, quamvis vtrumque & ius Saxon. & ius Alemann. paria circa vltimam decisionem dictæ *controversie* afferat, dum superiorem *hanc* decidere, nec concordia interueniente vnum ex condominis, a quo vasalli nomine omnium inuestiantur, i. e. Prodominum, optare debere sancit. Nihilominus tamen iuxta ea iura condominos potius, quam vasallos primam Prodomini electionem habere inde argumentor, quia vasalli *Pro-Vasallum* constituunt, & iura in correlatis debent esse reciproca, nec etiam vasalli, pluribus Dominis existentibus, (de quo casu dicta loca loquuntur) cum Provasallum, tum Prodominum constituere poterunt. Jus autem Saxonicum de *Prouasalli* electione vasallis competente, d. cap. 29. disertè ait, *der Herr ist auch nicht pfflichtig / mehr Kinds dem (seines verstorbenen Lehnmannes) denn nur einen / ihres Vaters Lehn zu leihen.* Solches siehet aber bey ihrer Willfûhr / daß sie binnen ihrer Jahrzeit den Herrn beleihen lassen NB. welchen Sohn sie unter ihnen wollen. plura pro condominis quoad Prodomini electionem militancia taceo, quippe quæ B. L. ipsemet ex textibus colligere, vel supplere potest, quem in finem eos verbotenus infero. Textus Saxonicus d. cap. 29. sonat, *dis muß aber der Oberherre erstlich entscheiden / an wem er sie (die Manne) weisen wolle / von dem sie ihr Gut empfahen sollen / ob sie sich dar um selbst nicht vereinigen / von wem sie ihr Gut empfangen wollen.* Et textus Alemannicus, d. cap. 58. §. 6. *Adeant*, inquit, *vasalli* Dominum superiorem, qui decernat, a quo ex fratribus condominis inuestituram accipiant, in vernacula : *Die Man*

DE PRODOMINO FEVDI DIRECTO.

21

Man sollen varenfur den Obern Herren, und der sol su unterwyssen, von weme suir Leben entpoben sollen under den gebrudern. Reperis verba textum Alemann. præcedentia supra in §. IX. in fin.

XIX.

ius juramentum fidelitatis, die Lehens Pflicht, *nomine omnium re-
cipiat*, hac eapropter in Domo Schwartzburgica, vbi fidelitas
stipulata manu saltem promittitur, adhibita formula: Uns dem
Seniori und Unfern Fürstlichen und Gräffl. Hause Schwarz-
burg getreu / hold und gewärtig zu seyn / Unfern und Unsers
Fürstl. und Gräfflichen Hauses Schaden zu warnen / und be-
stes zu werben / und sich damit gegen uns und unsere Nachfolger
allenthalben also zu halten / wie getreuen Lehn-Leuthen eignet und
gebühret. Substitutus eam parum mutat, den Hochfürstl. und
Hochgräffl. Hause getreu / hold und gewärtig zu seyn / dessen
Schaden zu warnen &c.

§. XII.

Juramentum vt denuo præstetur Prodomino, quando
una vel reliqua Condominorum partes ex justa divisione ipsi assi-
gnatæ fuerunt, non est necesse, quia hoc ei ratione eiusdem
feudi jam ante est præstitum, nec obstant, quæ de investituræ re-
novatione eo casu in §. VI. num. III. in contrarium fuerunt
adducta. Sunt enim juramentum & investitura separata, a
quibus recte inferre non licet H. Pistoris *d. observ. 186. n. 46
usque ad 49. & 62. p. m. 216.* Quam separationem renovationis
investituræ a juramento fidelitatis confirmat sententia, mens.
Apr. Ao. 1648. a Collegio Ienensi Iuridico lata, cuius verba in-
ter alia sunt. So ist N. N. vermög gemeiner Lehn-Rechte
die Lehen wegen der Herrschafft W. zu muthen pflichtig &c.
mit nochmaliger Erstattung aber des Juramenti fidelitatis ver-
bleibet er gestalten Sachen nach billig verschonet. Etiam si hic cir-
ca rem quædam accidat mutatio, circa juramentum tamen, su-
per qua, & circa personam, cui juramentum præstitum, ea
non subest, Struvius *S. I. F. c. 10. aph. 2. n. 5.* Ampliatur, quod
neque iuramenti repetitione opus sit, vno ex Condominis cum
vel sine posteritate exanimato, quia non, nisi Prodomino per
mortem mutato, contractus feudalís ab eius successore per
solennem investituram, & a vasallo per fidei promissionem
juratam renovari debet, quorsum & supra adducta sententia
Ictorum Ienensium inclinat: hæc omnia secus se habent.
Con-

DE PRODOMINO FEVDI DIRECTO. 39

Condominis *simul* ex singulari consuetudine vel ex conventionem iuramentum recipientibus, quorum liberis denuo iurandum.

§. XIII.

Observo IX.) quod Prodominus, vel eius substitutus, super investitura & præstito iuramento *instrumentum* den Lehn-Brief conficiat, quod eiusdem tenoris est in feudo antiquo cum eo, quod super prima, vel proxime antecedente investitura confectum fuit, atque apposito sigillo Vniuersitatis in feudo *Vniuersitatis*, proprio autem in feudo *singularum*; vtroque autem casu solus Prodominus *instrumentum* illud subscriptione sua corroborat, Vult eius *ir. de feud. l. 1. c. 7. n. 42. p. m. 140.* quod & a Prodomino Schvartzburgico, Eiusque Substituto, observatur. Zu uhrkund dessen haben Wir / als ißiger Zeit Senior, diesen Lehnbrief mit Unserm Insigel bedrucken lassen / und Uns eigenhändig unterschrieben Sign. &c.

Nomen ProDomini

(L. S.)

Uhrkundlich ist dieser Lehn-Brief unter meiner / des Lehns-Berwesers/ eigenen Hand und Virtschafft N. N. darüber ausgestellt worden Sign. &c.

(L. S.) Nomen Substituti.

§. XIV.

Observo X.) quod Prodominus, vel Eius Substitutus, ad exemplum Prælati & Capituli feudum *aperitum*, quod in feudari solitum, siue ad infeudationem destinatum est, *de novo* alteri concedere: quodve XI) in eiusmodi feudo *expectantiam* die Anwartschafft/ & cum consensu vassalli tertio quoque XII.) *simultaneam investituram*, die gesamte Hand indulgere possit, quia neutro casu aliquid in præiudicium Condominorum suscipit, vel innovat, sed id nomine omnium expedit, quod omnes facere consueverant. Eadem competunt Prodomino Schvartzburgico, prout apposita exempla, quæ ex actis publicis excerpti, ostendunt: a) in casu collationis feudi aperte facti, Mense Aprili Ao. 1696. contingente. Wir/ als ißiger *Nel- tesser*

Prodominus vel substitutus 9) literas investiturae conficit, easque subscriptione corroborat: formulæ subscriptionum.

Prodominus vel substitutus 10) feudum aperitum & infeudari solitum denuo concedit, nec non in eiusmodi feudo 11) expectantiam & 12) simultaneam investituram indulget, Subjun-

guntur ex-
empla.

testes des Gräfl. Hauses und Stammes Schwarzburg / uhrkund / daß N. N. vor uns kommen / und unterthäniges Fleisches gebeten / daß wir ihn und seine rechte ehelich gebohrne Männliche Leibes Erben mit N., welches Uns und der Graffschafft heimfällig worden / und er von Uns erkauft / (v. S. XXVI.) anderweit gnädiglich beleihen wolten. Wann Wir dann dieses sein suchen und getreue Dienste / die er Uns / und gedachter Unser Graffschafft zu thun willig / und erbdig ist / angesehen: So haben wir ihn und dessen ehel. gebohrnen rechten Männl. Leibes Lehns Erben von Recht und Gewonheit wegen obgedachtes N. conferiret und geliehen: h) in casu concessionis simultaneae investiturae de eodem acto. Wir N., als itzo Aeltester des Gräfl. Hauses und Stammes Schwarzburg / haben auff beschehenes unterthäniges Bitten N. N. seinen Vetter N. N. die Mitbelehnschafft an obermelten N. solchergestalt conferirt und bekennet / daß &c. Zu uhrkund haben wir diesen Lehn und resp. Mitbelehnschafftis Brieff mit Unserm Insigel bedrucken lassen / und Uns eigenhändig unterschrieben. Sign. &c.

Nomen Prodomini

(L. S.)

§. XV.

Prodomi-
nus Vniuer-
sitatis expe-
ctuario & si-
multaneae in-
vestito caute
simul posses-
sionem tra-
dit.

Prodomi-
nus vel sub-
stitueus 13)
in dotalium
consentit.

Prodominus Vniuersitatis interim prudenter agit, si expectuario & simultaneae investito simul possessionem tradat, ne forte Successor alterutri molestiam creet, & casu existente alium quempiam eis præferat, argumento a Clerico ducto, conf. B. Dn. Stryk in Ex. I. F. cap. 12. qu. 38. p. m. 220.

§. XVI.

Nota XIII.) quod prodominus, vel eius Substitutus, dotalium a vasallo constitutum consensu suo corroborare debeat. Vnde iterum ConDomini nullam damnum sentiunt, quia per dotem illatam, (cuius probationem suppono,) utilitas feudi promota esse censetur, nec ullus consensus expressus de necessitate requiritur per const. Friderici l. 3. tit. 15. & seq. nisi in Marchia Brandenburgica, B. Stryck Ex. I. F. c. 21. qu. 16. & in Ducatu Magdeburgico, v. ord. polit. cap. 8. §. 38.

§. XVII.

Obferuo XIV) quod Prodominus, velejus substitutus, pro Prodominus investit. eiusq; renovat. *laudemium maius*, Lehnwahr/ Lehngehd/ vel ejus substitur. 14) laudemium maius, die Lehnwahr/ nomine omnium Condominorum Lehnwahr/ apud Alemannos Ehrschaf/ nomine omnium Condominorum a vasallo exigat, eique in fidem solutionis apoeram tradat, quamvis de laudemio maiori Condominis deinde rationes reddere debeat. vid. infra §. XXIII. Animadverto xv] quod vterq; *laudemium minus* den Schreib. Schilling/ quod pro conficiendis registraturis, literis recognitionis & investituræ, &c. penditur, minorum a vasallo exigat *sibi* retineat. Audiamus ea de re codicillos Substituti Schwartzburgici Hallensis, in §. XXV. Cap. præced. citatos. Hiernächst soll derselbe die Lehnwahr von denen Lehns Leuten fordern / und einnehmen und drüber quittiren. Dargegen und vor solche feine übrige Verrichtung (vid. infra §. XXIII.) haben wir/ als Veste-ster &c. ihm so lange als er dieses Lehns / Verwesers Amt auff sich behält / die accidentalia und Wuth / Zettel / Lehnbrieffe / und Schreibe gebühren in die Lehntaffel / wie solches seine antecessores von langen Zeiten her genossen / zu einen recompens verordnet / und wollen ihn dabey allenthalben schützen. Quia in dictis codicillis Senioris saltem fit mentio, quod ille Substituto laudemium minus assignet; hinc sane recte arguitur, quod ipse Senior, siue Prodominus, ius illud sibi capiendi principio habere debeat.

Obiter hic noto, quod *laudemium maius*, alias relevium, in Jure feudali Longobardico nullum fundamentum habeat, sed per mores Germaniæ introductum videatur, ad quos & ad statuta locorum etiam in determinanda illius quantitate respiciendum est, B. Stryk. in *ex. I. F. cap. 17. qu. 27. §. 29.* Semel solutum a Prodomino denuo recte non exigitur, licet vnus ex condominis moriatur, siue ex postfacto ipsi soli, siue uni ex Condominis, facta divisione, totum feudum obveniat, H. Pistoris *p. 1. qu. 50. n. 57. p. m. 598.* prout Scabini Jenenses ad consultationem Cyriac Beyers und Consorten Mens. Decembr. Anno 1500. pronunciarunt. Seyd ihr nach Absterben Carls von Croßsig von seinen Brüdern Andresen / Valtin und Christian von Croßsig mit ehtlichen Aelckern / Wiesen und andern besteben dergestalt daß so offt die Lehen verändert / oder Zufalle kommt / dieselbe

selbe wieder gesucht / und solcher gebührlische Folge geleistet werden soll. Ob nun wohl Andreas von Crosseig / (qui senior ex fratribus Condominis,) als er das Gut zu Gulbs 9 Jahr inne gehabt / solches seinen Brüdern gänzlich abgetreten / und erblich aufgegeben; so seydt ihr doch daher genannten Andresen von Crosseig neue Lehenwahre zu geben nicht schuldig / B. N. W. Si enim quoties, quoties in persona Condominorum aliqua mutatio contingeret, novum laudemium solvendum esset, nullus sane hac in re modus, neque finis haberetur, sed Condomini pro lubitu jus suum alienando novum exigere possent laudemium, quoties hoc ipsis visum fuerit, conf. H. Pistoris *d. qu. 50. n. 60.*

Singulo
centennio muta-
tio in persona
Prodromini
accidisse præ-
sumitur, unde
post lapsum
seculi laudem-
mum quin-
quies expeti-
poteest, quod
præiudicio
quodam illu-
reatur.

§. XIX. Quod si interim laudemii solutio per longissimum tempus ob varia impedimenta intermissa fuerit, & nesciatur, quot mutationes in persona Prodromini acciderint, præsumitur, singulis certe vicenniis semel unum casum renovandæ investituræ & numerandi laudemii existisse, indeque laudemium lapsu seculi quinques retro expediendum & exsolvendum esse, ut in Prodromini correlato, siue Provassallo, amplissima facultas Juridica, quæ hic Halæ floret, Mense Julio An. 1709. respondit. Demnach der angeführten Observanz nach bey Universitatibus, (utiliter & societatis,) præsumiret wird / daß alle 20. Jahr ein Lehens-Fall geschehen / dahero auch disfalls die iederzeit schuldig gewesene Lehenwahre nachgezahlet werden muß: So erscheinet daraus so viel, daß der Rath zu N. alle verlassene Lehngelder / auch Lehenwahre / von 20. zu 20. Jahren gerechnet / nach den vorigen Reichsfuß zu bezahlen schuldig. Et quando vasallus in culpa, nec moram purgare potest, (vid. §. IX.) poenæ arbitrarie locus datur, Cujus rationem & commemorata facultas, circumstantiis ita ferentibus, habuit in eodem Responso, dum in sequentibus pergit: Und wird der Rath zu N., daß er solches bißher nicht gethan / mit einer willkührigen Geld-Busse billig be-
leget. B. N. W.

Prodrominus
simplex 16)
omnia instru-
menta suo, &

§. XX. Observo xvi.) quod Prodrominus, vel ejus substitutus, omnia instrumenta contractuum, consensuum, decretorum, privilegiorum, &c. suo, si simplex, & universitatis, si Prodrominus universitatis est, sigillo, suoque autographo expediat. Item xvii) quod

quod Prodominus vel substitutus, si lis de Dominio directo moveatur, *processum dirigat*, adhibito tamen consensu condominorum, si iuxta ætatis sint, (v. §. xxiv.) Expensas litis omnes ferunt, quia omnes fructus percipiunt, (v. §. xxv.) Porro XIX) quod possessionem in feudo aperto apprehendere, & XIX) quod in Saxonia, vasallo feudum vendente vel commutante, resignatio judicialis, die Auflassung der Lehen, coram Prodomino, vel ejus substituto, fieri debeat. Reliqua passim suo loco.

§. XXI. Sunt autem præter hæc recensitos nonnulli alii prægnantes Domini directi effectus, quorum exercitium in dubio nollem Prodomino, vel ejus substituto, adscribere, quando scilicet *in prejudicium singulare condominorum vergunt*; nec condomini tribus aut quatuor juribus in favorem Prodomini vel substituti renunciantes, ceteris momentosis simul renunciare voluisse censetur, secundum vulgatam iuris regulam: *renunciacionem cause gravis non presumi, nisi de ea expresse actum fuerit*. Obiter quidem notare possumus, quod Prodominus Schwartzburgicus ulterius in alienationem & oppignorationem consentire, nec non poenas sumere possit. Verum exinde tantquam a particulari ad univertale perperam concluditur, nisi privilegium, tenor investituræ, consuetudo regionis, ratio, aut mandatum aliud ferat. Sicuti etiam hæc potestas una cum collatione feudi aperti, expectantiæ, simultaneæ investituræ, & confirmationis dotalitii (v. §. xiv & xvi.) substituto Schwartzburgico in supra allegatis codicillis expresse est restricta, *h. cl. So viel aber diejenigen Lehen betrifft, welche entweder auf den Fall stehen, oder wirklich apert werden, ingleichen die Leibgedinge / und Consensus auch vorkommende Kauffe und Straffen / dieselben reserviren Wir uns, als 180 Aeltesten unsers Fürstl. und Gräfl. Hauses und Stammes Schwarzburg, ausdrücklich und dergestalt, daß er dergleichen Fälle an Uns, oder die hiesige Regierung, jederzeit ohne Verzug berichten, und darauf die resolution erwar- ten solle.*

§. XXII. Progredior nunc *ad ea iura, quæ Prodomino non concessa, sed omnibus Condominis in dubio reservata esse censentur, nec non ad ea, ad quæ præstanda Prodominus obligatus est,* Inter iura, quæ condominis ordinarie reservata sunt, refertur 1) qui

Prodominus universitatis sigillo universitatis, utriusque vero suo autographo expedit. Idem 17.)

Processum de dominio directo morum dirigit, adhibito condominorum iuxta ætatis consensu. Porro 18) possessionem in feudo aperto apprehendit, & in Saxonia 19) resignatio judicialis coram ipso fieri debet.

Ceteri Domini directi effectus in dubio Prodomino tribui nequeunt, quando scilicet in singulare Condominorum præjudicium vergunt.

quod ab inue-
stitura veteri
recedere que-
ant.

II) quod Pro-
Dominus
condominis
de accepto
laudemio ma-
iori rationes
reddere, III)
feudi tabulas,
IV) libros
censuales con-
ficere, & V)
quæ coram co-
gesta, ad acta
consignare de-
beat.

VI) quod om-
nium con-
dominorum
consensus
ad litem,
& alienatio-
nem suscipien-
dam requira-
tur.

VII) quod lu-
crum & da-
mnum omni-

quibus annuero I) quod omnes Condomini ab *investitura veteri*, si velint, *recedere queant*, v.g. renovationem investituræ, juramentum fidelitatis, laudemium, ceteraque naturalia remittendo; quod ProDomino vel Substituto de jure haud licet; sed si hic de facto a veteri investitura recesserit, investitura, quatenus est immutata, non valebit, nisi ex postfacto omnium, quorum interest, rati habitio supplementi loco accedat.

§. XXIII. Refero huc II) quod ProDominus Condominis de accepto laudemio *majori* rationes reddere, easque, si desideretur, iustificare, nec non residuum restituere; III.) quod ProDominus *accuratas feudi tabulas*, eine richtige Lehn- & Taffel conficere, & in easdem res ac pertinentias, de quibus vasallus investitur, designare, item singulorum possessorum *nomina* exprimere; IV.) quod *summam* census, si feudum censuale, item *fundum* vel *rem*, de qua census penditur, vna cum *laudemio* ad peculiarem *codicem* referre V) quod quæque coram ipso gesta ad acta consignare, & posteritati mandare debeat. Ad quæ & Substitutus ProDomino tenetur, vti ex codicillis Substituti Schvartzb. discimus, ibi: Es soll auch unser Lehns-Verweser über die empfangene Lehn- & Wahre richtige Rechnung führen / solche jährlich / und jedes Jahr besonders / zur alhiefigen Cansley einschicken / und derselben examination und justification gewarten; ferner alle Termine eine richtige Lehn- & Taffel über die Güter / und derselben Besitzer halten / dieselben rectificiren / und erdentliche registraturen fertigen.

§. XXIV. Refero huc VI) quod omnium condominorum *consensus* in suscipienda & finienda lite (v. §. xx. num. xvii) nec non ipsorum *confirmatio* & *ratificatio* ad alienationem feudi per emtionem venditionem, & similes ad transferendum dominium habiles contractus requiratur, licet expeditio a solo ProDomino nomine tamen omnium inserta clausula: nach vorder gegangener communication mit Unserm Herrn Brüdern oder Bettern: (v. §. xxv. & xxvi. CAP. PRÆC.) fieri solear.

§. XXV. pertinet huc VII) quod lucrum & damnum omnibus condominis *commune* sit, conf. glossa Iur. Sax. feud. ad Cap. *ad verba*: Ob mehr Leute p. m. go. ibi, wo sich Leute um Gesellschafft

Schafft vereinen/ und ihre Güter haben ingemein / sie seyn / wo sie
 seyn / was denn Schaden dem einen an gemeinen Gute
 geschiehet/ der Schaden ist ihr aller. Inde prodominus lau- ^{bus Condomi-}
 demium, & in feudo censuali censum, vel usuras ex u- ^{nis commune}
 troque etiam contra voluntatem condominorum acceptas ^{fit.}
 non vertet in usus suos, sed *simplex* prodominus perceptū com-
 modum reliquis *pro rata* communicare, & prodominus *Univer-*
sitatis illud totum universitati relinquere tenetur, quia patrimo-
 nium civitatis, ab ea in feudum concessum, hoc singulare habet,
 quod usus non ad singulos ex civitate, vel ejusdem administra-
 tores, sed ad universitatem qua talem, pertineat. Contra neut-
 rum etiam expensas, in utilitatem condominorum vel universi-
 tatis, solus feret, sed tales ei sunt refundendæ. Quando itaq; pro-
 dom. pro conferuando sublev. meliorando &c. dominio directo
 iter aliquod susceperit, expensas litis suppeditaverit &c. (v. §. xx.
 num. xvii.) eas, & viatica & meritoriorum, & stabulorum, & ju-
 mentorum, & carrulorum vecturas, vel sui, vel sarcinarum sua-
 rum gratia, omnesque sumtus, qui pro conditione & com-
 munitis negotii causa impensi sunt, *Condominis ex parte*, & *univer-*
sitati ex toto recte imputabit, arg. l. 52. §. 15. ff. *pro socio*. Nam re-
 gulariter partes juxta proportionem Domini directi, ejusque
 usus, æquæ esse debent.

§. XXVI. Quia interim partes sæpe *inaequales* depre- ^{Prius ad Pacta}
 henduntur; prius ad pacta contrahentium est respiciendum, ^{respiciendum}
 quam pro æqualitate pronuncietur. Licita enim non solum ^{est, quam pro}
 est conventio, vt *dammum* quidem commune sit, ast *lucrum* ^{æqualitate}
 prodominus solus sentiat, quia solus laborat, solusque nego- ^{lucri & damni}
 tia expedit, (vti in exemplo Domus Schvartzburgicæ obti- ^{pronunciatur.}
 ner, cuius Senior tanquam prodominus *omnes fructus* ex dictis
 feudis, (v. §. XXIII, cap. præc) in salifodinis Hallensibus con-
 stitutis, e. g. laudemium, pretium ex vendito feudo aperto,
 sportulas pro consensibus, confirmationibus &c. indistincte
 percipit, qua ex ratione etiam literis investituræ in §. xiv. al-
 legatis verba: und er von Uns erlaufft: inserta legimus; sequi-
 tur non minus, quod iste Senior sumtus litis omniaque fructu-
 um onera solus in se suscipere teneatur:) Sed valebit quoque

si conventum, vt lucrum quidem pro rata ad Condominos, damnum vero nullum ad prodominum transeat.

Damnum fatale, quod Prodominus simplex passus, singuli condomini pro rata: sed illud, quod Prodominus universitatis sentit, universitas in totum ferre debet.

Quod secus in nudo Procuratore. Prodominus ea, quæ in favorem condominorum directo tendunt, regulariter peragat gratis.

Servitia divi-
dua vasallus
debet singulis
condominis
pro rata cui-
uslibet partis
individua an-

§. XXVII. Sed quid, si Prodominus, vel vnus ex Condominis in itinere *damnum fatale* passus sit, v. g. si in latrones incidens, suam pecuniam, suasve res, quas alias secum non tulisset, perdidit, & ipse, vel servi eius vulnerati sint? Respondetur arg. *d. l. 52. §. 4. ff. pro socio & not. Gothofr. ibid;* singulos Condominos damni, ac præterea impensarum, in medicos factarum, *partem*; Vniversitatem vero *integrum* damnum ferre debere. Idem est, si Prodominus, vel vnus ex Condominis naufragium fecerit nauigans, & damno affectus sit, cum non nisi per mare peregrinari potuerit.

§. XXIX. Quæ omnia secus se habent in nudo Procuratore, cui *aliena* solum, non vero *communia* negotia, (quoin differt a Prodomino *gratis*, (quoin *regulariter* convenit cum Prodomino) expedienda committuntur. Ast inquis, dixisti in §. XVII. quod Prodominus, vel eius Substitutus, laudemium minus sibi capiat. Iam vero asseris, quod vterque *gratis* dominium directum nomine omnium exerceat: Et ergo tibi contradicis: Imo mihi non contradico. Eas enim operas Prodominus, vel eius Substitutus solum *gratis* præstare tenetur, quæ in favorem Condominorum tendunt, eorumque utilitatem directo respiciunt. Vnde si Prodominus labores animi & corporis peragit, e quibus in vasallum emolumentum redundat, conf. B. Stryk in *ex. I. F. cap. 22. qu. 41. p. m. 221.* mercedem operarum præstitarum omnino petere potest, & ex hoc fundamento laudemium minus lucratur. *Honorarium* certum & incertum, proportionatum & non proportionatum ex parte Condominorum insuper accedere potest, quod essentiam Prodomini non mutat,

§. XXIX. Porro lxx.) huc refero, quod *servitia* debentur *singulis Condominis*, (prout & in familia Nobili Marchica a Putlitz, cuius Senior est Prodominus, observari dicit Brunemannus *conf. 161. n. 26. & 76.*) quia sc. vasallus singulis juramento est adstrictus, & huius potissimum ea videtur esse vis & efficacia, vt servitia exigi queant, quæ tamen vasallus non præstat

stat *gravitate*, h. e. æque gravia singulis, ac si plures separatos haberet Dominos, sed cum *moderate*, h. e. secundum modum & rationem portionis, quam singuli pro rata in feudo habent 2. f. 77. Add. Struvius in *S. I. F. cap. 2. aph. 7. n. 4. p. m. 423.* Unde fluit, quod servitia ProDomino non in solidum, verum pro rata suæ partis exhibeantur, arg. 2. f. 54. in *fin. & d. 77. verb. pro quantitate*, si nimirum sunt *diuidua*, Schrader. in *tr. feud. p. 6. c. 6. n. 20.* si vero sunt *individua*, vasallusea debet primo interpellanti præstare, & si ipse ab omnibus simul requisitus fuerit, ei, cuius pars maior est, Illustris Dn. Cocceius in *Iur. feud. hypomn. tit. 6. §. 23. p. m. 84.* si *omnia paria* ipse eligere potest, cui potissimum servire velit, Kohl. *de serv. feud. p. 2. n. 11. tit. 3. §. 12.*, nec reliquis ad ulteriora tenetur, modo tantum servitiorum sit præstitum, quantum feudum requirit. ConDomini tamen contra eum, qui solus percepit servitia, competit actio, Struvius *d. c. 11. aph. 7. n. 4. p. m. 423.*

§. XXX. Singulis ConDomini inimicitias & bella *in vicem* gerentibus, subit mentem dubitatio, quid faciendum sit vasallo, ne, si vni adhæreat, alterum offendere & iustam privationis causam huic præbere videatur, vbi tutissimum erit, ut vasallus penitus quiescat, H. Pistoris *l. 2. qu. 47. n. 30. p. m. 741.* neutrique servitia præstet, ad quæ secundum communem atque receptam sententiam nec cogi potest, Schrader *p. 6. c. 6. n. 22. p. m. 138.* nisi vel tenor investituræ, vel consuetudo loci aliud suadeat.

§. XXXI. At singulis ConDomini *adversus alios separatim* arma ferentibus, gratificationi locum esse volunt DD., nisi ab vno eorum iterum prius requisitus fuerit vasallus. Nam tunc huic potius servitia præstanda esse docet, H. Pistoris *d. l. n. 30.*

§. XXXII. Queritur vero, numne ProDominus in dubio, & præsertim cum vasallus duobus vel pluribus auxilium ferre nequeat, præferendus sit? Videtur affirmandum *arg. l. 3. §. 1. ff. ad Silan. & arg. glossæ ad Ius feud. Sax. Cap. 29. conf. §. VII. Cap. præc.*, quod & Gothofredus *autumasse videtur ex quaestione; an potius digniori & seniori vasallus auxilio esse debe-*

tem ei, qui prior requisivit pro se, si simul omnes requisiverunt ei, cuius pars maior est, si omnia paria, cui vult.

Singulis condominiis bella in vicem gerentibus, vasallus, qui omnibus devinctus est, quiescere debet.

Si contra alios bella separatim susceperint, gratificationi locus est.

Servitia in dubio ProDomino, maxime individua, præcondominis sunt præstanda.

as?

at? quam notis ad 2. f. 26. §. omnes filii lit. a. adjecit, conf. B. Stryk. in ex. I. E. cap. 13. qu. 6.

Cui seruiendum, si con-
domini in vi-
cem de do-
minio dire-
cto litigent?

§. XXXIII. Quod si Condomini mox post mortem defuncti quæstionem Domini directi, vel status *sibi* moveant, quolibet alterum quoad successiorem remotiorem, se proximiorum: alterum adulterinum, vel supposititium, seque legitimum esse, dicente; eadem distinctio, quam supra de investitura ad §. v. attuli, applicanda erit. Aut enim alteruter est in possessione vel quasi, & huic durante controversia seruiendum, possessor enim pro se habet præsumptionem iustitiæ, donec ab adversario probeatur contrarium; aut neuter actum possessorium docere valet, tunc neuter quoque ad commodum possessionis provocare poterit, sed res manebit in suspenso usque ad eventum controversiæ, quia lite pendente nihil innovari debet, *r. tit. X. ut lit. pend. nihil innovetur*, & sic vasallus non tenetur ulli eorum servire, nisi alter Dominorum eviderit Dominium, vel possessionem sic iuste fuerit adeptus, ut eam retinere possit, invitoq; nequeat auferri, Brunnem. *conf. 161. n. 77. p. m. 677. ibique alleg.* & B. Stryck in ex. 7. E. Cap. 18. qu. 34.

Prodominus
præstat cul-
pam leuem in
concreto;

§. XXXIV. Ad ultimum incidit quæstio, *qualem culpam* Prodominus administrans præstare debeat? Quia factum solum & regulariter gratis (v. §. XXIIIX.) præstat, primo intuitu culpa levis ab eo exigere videtur ad exemplum gestoris, tutoris, & mandatarii, quod idem obtinet, quamvis certum quid ac proportionatum ipsi statim ab initio promissum, (vid. §. XXIIIX. *in fin.*) quoniam factum adest reciprocum. Verum enim vero, cum socii invicem sint Condomini, & a sociis major diligentia, quam, qualem in rebus suis adhibent, prætendi nequeat: hinc Prodominum ad *culpam leuem in concreto regulariter* saltem teneri cenfeo. Quod etiam Provasallus fortius non obligetur, patet ex verbis glossæ ad jus feud. Sax. in §. xxv. allegatæ: Wo ein Mann seiner Gefellen Gut bewahret als seineigen Gut, wj Schaden daran geschicht / der Schade ist ihr aller. Er müste es aber gewehren / mit 2. Fingern auff den Heiligen / ob es ihm die Gefellen nicht glauben wolten / das es ohne seine Bewahrlösung were geschehen. Ad hæc Condomini de se queri sibi que imputare debent, quod pa-

DE PRODOMINO FEVDI DIRECTO. 49

parum diligentem Prodominum sibi adsumferint, vel a communione non recesserint, ubi eum non satis circumspecte agere cognoscebant. Præstat attamen Prodominus culpam leuem in conerero *in singulis negotiis*, unde si aliqua utiliter gesserit, in aliquibus autem damnum dederit, non compendatur compendium cum negligentia, utpote quam omnino reparare tenetur, excepto quidem infelici eventu, qui ex improvise, & sine concurrente culpa fecutus est.

§. XXXV. Consideratis hucusque juribus, quæ partim Solvitur officium Prodomini 1) renunciatione, quæ caute fit superioris auctoritate. Prodomino cessa, partim Condominis reservata præsumuntur: videamus porro, quibus modis eadem extinguantur, simulque officium Prodomini iterum dissolvatur. Solvitur autem 1) renunciatione, quæ ex parte Prodomini fieri potest, si nullius, nec Condominorum, nec vasalli, versetur præjudicium, quale vero intuitu Condominorum adest, si Prodominus ætate decrepitis jure suo se abdicare, & vices suas non æque seni fed juniore demandare velit; renovatio enim investituræ cum solutione laudemii hoc casu in infinitum prorogaretur. Ex parte Condominorum renunciatio juste fieri potest, si ex continuatione officii Prodomini damnum Reipublicæ, vasallo, & proximo metuendum, e. g. si Prodominus ita injuriosus & damnosus sit, ut non expediat eum pati, vel perditu absens sit, nec procuratorem reliquerit, (v. §. ix.) & communia negotia per alium minus commode expediri queant, arg. l. 14. & 15. ff. pro socio. Quibus casibus Prodomino non proderit excipere, quod ad tempus vitæ, vel ad brevius, attamen certum spatium constitutus sit, quia fidem frangenti fidem servare non est necesse, nisi officium Prodomini cum dignitate conjunctum sit v. §. xx. *Cap. præc.* Caute interim agunt renunciantes, si auctoritatem illam adhibeant, etiam si officium Prodomini mere privatum sit, quoniam eo ipso omnes lites præcaveri possunt.

§. XXXVI. Solvitur 2) divisione domini directi, uni in so- Solvitur 2) divisione Domini directi, uni in soli dum cessi, quæ cessio Condominis semper permissa est, quia quilibet de sua parte libere disponere potest; nisi Condomini expresse promiserint, se domini partem alteri cedere nolle, eoque nomine singuli in quotis Domini directi Prodomino hypothecam constituerint, Solvitur 3) interitu feudi, utpote 4) inhabilitate Prodomini,

G

inter-

si terræ motu feudum perierit, cuius Dominium directum, sublato tunc corpore, cui inhærebat, periisse manifestum est. Solvitur 4) *superveniente Prodomini inhabilitate*, si proferibatur, vel monasterium ingrediatur, vel pars ejus domini directi publicetur, furiosus fiat &c.

5) morte Prodomini, 6) lapsu temporis, vel sine actus, 7) dissoluta integra universitate,

§. XXXVII. Solvitur 5) *morte Prodomini*, non vero morte Condominorum, relictis scilicet heredibus. Quamvis enim heredes industriam Prodomini non elegerint; eadem tamen adest ratio, quia Prodominus adhuc senior manet, atque constitutio Prodomini non ex mera voluntate Condominorum hoc intuitu dependet, sed officium prodomini ad Senioratum communiter *respectum habet*. (vid. §. XXI. & XXIII. *Cap. præc.*) Hinc puto & heredem prodomini, qui eadem cum defuncto gaudet qualitate, v. g. Senioratus, inchoata perficere, imo officium penitus continuare debere. Solvitur 6) *lapsu temporis, vel sine actus*, prodomino ad certum tempus, & ad certum actum expediendum constituto. Solvitur 7) *dissoluta integra Universitate*, quamvis prodomino Universitatis constituto, ejus officium perduret, etiamsi plurima Universitatis membra mortua fuerint, quia jus omnium in unum quoque recidit, & stat adhuc nomen Universitatis, arg. l. 7. §. 2. ff. *quod cuiuscunque univers. nom.*

De actionibus Prodomino competentibus.

§. XXXIIX. Actiones, quæ Prodomino ordinarie competunt, sunt vel *reales*, vel *personales*. Inter *reales* primum locum occupat rei vindicatio, qua Prodominus feudum a quovis extraneo possessore nomine omnium Condominorum revocat; quin etiam interdictis, & remediis possessoriis uti possit, nullum dubium est. Ad *personales* pertinent condictio ad impetrandam investituram, ad exhibenda servitia pro rata, & ad solvendum laudemium majus & minus. Quod si vassallus feloniam prodomini vindicare velit, nomen actionis speciale in jure Longobardico non reperitur; possit tamen condictio ob non servatum contractum feudalem vassallo competens, nominari.

De iudice Prodomini, & de questione, an

§. XXXIX. Quoad *judicem feudalem* ita distinguendum. Aut controversia est *inter Prodominum & Vassallum*, & tunc Prodominus vel persona privata, & causa ad *judicem ordinari-*
um

um spectat: vel simul status Imperii, & convenitur siue in sum- Prodominus
 mis Imperii tribunalibus, super feudo regali in Judicio aulico, solus iudex
 super feudo autem mediato & immediato non regali in came- vasalli nomi-
 ra, B. Stryck in *in ex. I. F. cap. 25. qu. 28. p. m. 406.* siue in foro, ne ConDomi-
 quod ipse elegit, & cui se submisit, provti v. g. in Saxonia E- norum sit?
 lector, & reliqui Duces lineæ Albertinæ se sistunt in curia pro-
 vinciali Lipsiensi; vel certis consiliariis cognitionem causæ de-
 mandat, relaxato prius vinculo, quo ipsi obstricti erant, actis-
 que ad extraneum transmissis. conf. Dn. P. P. Ludovici *Coll.*
jur. feud. disput. IIX. tb. 39. Aulicis est inter plures *convasallos*, & tunc
 iudices competentes sunt regulariter omnes ConDomini simul
 non ergo ProDominus, nec singuli ex iisdem in solidum. Cau-
 sa enim iurisdictionis est Dominium directum, quod etiam non
 cuilibet domino in solidum, sed omnibus simul & cuilibet
 pro parte, prout & in dubio præsumitur, competit;
 qualis ergo causa, talis effectus. Nihil tamen adversatur, quo-
 minus ConDomini omnem iurisdictionis vim & exercitium in
ProDominum conferre possint, quod ipsis magis proficuum est, quia
 cum alias nullus sine altero procedere possit, sæpius propter u-
 nius absentiam, vel dissentium inter se in difficultates dilabuntur,
 nec Jus & iustitia deinde omni meliori modo administratur,
 conf. Schrader *p. 10. sect. 4. n. 57. p. m. 130. cum seqq.*

§. XL. Modus procedendi *regulariter* idem servatur, De modo pro-
 qui in aliis de jure communi ac usu fori obtinet causis. Nun- cedendi judi-
 quam enim specialia ex jure Longobardico, quæ ibi v. g. de pa- ciarlo,
 ribus curiæ &c. disposita, præsertim intuitu feudorum media-
 torum in Germania fuerunt recepta B. Stryck *in ex. I. F. c. 25.*
qu. 12. & 23. Quemadmodum etiam jure Saxonico feudali olim
 peculiaris ordo erat constitutus, v. Struvius in *S. I. F. Cap. 16. aph.*
10. n. 2. p. m. 600.; ita ille constitutione Electoris Saxonie Au-
 gusti in terris Electoralibus iterum sublatus, & juris communis
 processus approbatus, *p. 1. const. 27.* ubi ad. Carpzovius *p. 1. const.*
27. def. 1. Berlichius, *p. 1. concl. 62.* Inde ad probandam felo-
 niam hodie sufficienti duo testes, B. Stryck *d. l. qu. 15.*, & quic-
 quid de compurgatoribus, siue sacramentalibus, relatum legi-
 tur, excepto crimine fractæ pacis publicæ, v. Ord. Cam. §. 2. *rit.*
20. & Gail. *de PP. l. 2. cap. 7.* in totum cessat, ita ut prodomi-
 nus, vel vasallus, si iudiciis gravati, *soli* juramentum purgato-
 rijum

rium præstent. Alias Actori, prodomino, condominis, vel vasallo incumbit probatio, quæ vel per testes, (etiam mulieres contra 2. f. 32. *in fin.* & extraneos,) vel per instrumenta, vel per iuramenti delationem expediri potest. Admittuntur non minus exceptiones, & contra personas, & contra dicta testium.

De remediis
suspensivis.

§. XLI. Porro contra sententiam gravamen involventem quælibet *remedia suspensiva* tam vasallo, quam pro Domino, vel Condominis pro re nata competunt, v.g. appellationis, in iudicio Aulico & in Ducatu Brunsvicensi & Lüneburgensi supplicationis, in Camera Imperiali revisionis, in Saxonia Leuterationis, in Pomerania restitutionis in integrum, querelæ nullitatis &c.

De executio-
ne.

§. XLII. Tandem *sententiam feudalem* a prodomino &c. vel contra prodominum &c. latam, postquam in rem iudicatam transit, *exsequitur* Judex ordinarius, qui talis est vel ratione rei sitæ, si actio realis, vel ratione domicilii, si personalis, cujus auxilium Judex feudalis, facultate exsequendi ipse destitutus, implorabit. Imperatore sententiam ferente, executio a Ducibus Circulorum, atque uno circulo executioni non sufficiente, vicini Circuli in subsidium vocantur. Præmittenda tamen clausula paritoria in sententiis, vel ibidem omissa, adhuc post rem iudicatam præceptum executivum impetrari solet, vi cuius reo injungitur, ut intra certum tempus iudicato sub pœna executionis pareat.

Prodominus
gaudet bene-
ficio compe-
tentie.

§. XLIII. Quemadmodum Dominus ita & Prodominus condemnatus non exequitur in solidum, etsi lata vel levi culpa sua ad paupertatem redactus fuerit, sed *beneficio competentie* ad exemplum Patroni gaudet arg. l. 17. ff. *de re iudic.*, modo vasallus non æque pauper sit, Schrader p. 2. cap. 3. n. 98. p. m. 32.

F I N I S.

ULB Halle

3

001 871 331



56.







Farbkarte #13

B.I.G.

F. 2. num. 9.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE

**PRO-DOMINO FEY
DI DIRECTO,**

P. 323.

Quam

18

DEO T. O. M. ADVENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDENBURGICO,
ET DVCATVS MAGDEBURGICI GVBERNATORE,

CETERA,
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,
PRAESIDE

DN. IO. SAMVELE STRYKIO, IC.
SERENISS. VIDVAE SAXO-ISEN. CONSIL. AVL. PROF.
IVR. PVBL. ET ORD. ICT. h. t.
PRO-DECANO,

PATRONO SVO OMNI HONORIS CVLTV VENERANDO,
PRO LICENTIA

Summos in vtroque Iure honores & Priuilegia DOCTORALIA
rite capeffendi,

IN AVDITORIO MAIORI
D. xxv. April. A. R. S. MDCCXI.
Horis ante- & pomeridianis



Placido Eruditorum examini submittit
GEBH. CHRISTIAN BASTINELLER, Hal.
Ill. Regim. Magdeb. Aduocat.

Halee Magd. Typis Joh. Gruneri Acad. Typogr.